Breslauer Aerzte, p. 93. Kröber, in Radius l. c. No. 47. Ibid. No. 30. p. 84. Kleinert l. c. No. 16. p. 251. Lichtenstaedt l. c. I. p. 92. von Loder l. c. p. 17. Schnurrer l. c. p. 71.

Gerson u. Julius Mgz. Bd. 21. p. 20. Ibid. Bd. 23. p. 169. Rigaer Protocollextracte, No. 74.

Wentzke, in der Breslauer Cholerazeitung No. 10. Krauss ibid. No. 12.

Breslauer Aerzte l. c.

Burdach, über die Entstehungsweise der Ch. in Kleinerts Repert. No. 12.

borum characterem et in sanos ipsos homines, explicari non potest.

Verum tamen nullum est dubium, quin cholera Asiatica, cujus naturam et indolem epidemicam supra jam demonstrasse videmur, etiamsi non in omnibus tamen in quibusdam aegrotis contagium procreaverit, quod certe, si ex analogia argumentari liceat, a priori negari non potest, cum, ut omnis aevi experientia docet, morbi epidemici facili negotio contagiosi fiant, imo plurimi fuerint.

Non sum nescius, quosdam opposuisse: tam rapidum hujus morbi atrocissimi decursum, ut assumti veneni haud raro subintraret suspicio, et quod in stadio prodromorum inhiberi possit, contra indolem ejus contagiosam militare; utraque tamen oppositio refellitur argumentis ab experientia sumtis, cum et in peste frequenter decursus velocissimus observetur, nec exempla desint, ubi typho in stadio prodromorum finem imponere licuerit. *) Tunc etiam, ni fallor, demonstretur necesse est, haec symptomata, quae inhibere contigerit, choleram re vera insecuturam fuisse.

Quin etiam indoles et decursus hujus morbi evolvendo contagio favere et respondere videntur, cum in stadio prodromorum cholerae Asiaticae, ut in aliis morbis contagiosis, nec systematis nervorum ganglio-

*) Buek l. c. pag. 156.

affectio primaria *), quam adesse sensus com-
s male affecti symptomata docent, nec deinde
im actionis vitalis adauctae **), quamquam bre-
num sit, desiderentur, priusquam sanguinis cir-
io impeditur, ejusque mixtio mutatur et omnia
ue vitae vincula solvuntur.

Quum igitur a priori nullum argumentum im-
t, quominus choleram in quibusdam aegrotis
gium evolvisse arbitremur, imo quaedam argu-
a huic sententiae faveant, ad evincendum hujus
ni contagium argumenta ab experientia sumta
osteriori) in medium proferantur necesse est.

Haud tamen dissimulandum est, omnia argu-
a, quae manifeste cholerae contagium evincant,
n adhuc nemini contigerit illud veluti contagium
olosum comprehendere, et ab individuo individuo
ere, gravitate quidem, qua pollent mathematica,
re; sed tamen non minorem profecto fidem meren-
cum a vagis et temerariis opinionum commentis
a, simili ratione ut in aliis morbis aperte conta-
s, qui contagio diffusili utuntur, experientiae
iis confirmentur.

Secundum analogiam aliorum morborum conta-
orum cholerae contagium in se — et excretioni-
illorum organorum, quae prae ceteris mutatio-

Breslauer Aerzte pag. 101.

Ibid. pag. 102.

num pathologicarum sedes habentur, et quidem in illis materiis haud dubie quaerendum est, quae in cholera laborantibus sursum et deorsum excernebantur.

Foy, Pinel et Herrmann *), experimenta quidem cum istis materiis instituerunt: sic Foy degustando materiem quam aegrotus evomuerat, idemque cruorem cholera laborantis ad vaccinationis rationem sibi inserendo, quod alterum minus nauseosum experimentum et ipse Pinel instituit, cruore et intestinorum materie utens; tamen, licet nemo illorum experimentatorum cholera correptus sit, nihilominus hujus morbi contagium refutatur, cum quisque bene sciat, nullum contagium esse absolutum, ubique contagium ad morbum provocandum corporibus faventibus indigere, non autem in omnibus et singulis hanc praedispositionem inveniri. Ceteroquin qui ex illorum experimentorum effectu nullum cholerae contagium adesse argumentari velint, et ipsa experientia refutantur, cum canis, qui domini sui vomitu excreta ederat, secundo die diarrhoea et vomitu corriperetur et sub convulsionibus exspiraverit. Sectione cadaveris instituta, omnia inventa, quae in cholera defunctorum cadaveribus deprehenduntur. **)

Ut supra jam exposuimus nullum contagium sine contactu morbum, cui originem suam debuerat,

*) Kleinerts Repert. No. 11. p. 165. 161. No. 4. p. 53.

**) Otto, in Rusts Magazin XXXVI. 2. Kleinert, l. c. No. 36. p. 572.

are potest; quam ob causam, quo cholerae con- clarius evincatur, nunc quaeritur:

num conditiones contactui cholerae afflictorum et sanorum hominum faventes, eaedemque cholerae propagandae faverent;

nec non, an omnia, quibus illorum aegrotorum et sanorum contactus impediebatur, cholerae propagationem coërcere valerent?

nul autem hisce ex quaestionibus colligendum jusnam sit indolis contagium istud, utrum fixum, ius diffusile habeatur, cum in eo simus, ut nta in medium proferamus, quae demonstrent, ntum aegrotorum imo aëris atmosphaerici il- cumfusi contactum oriundae et propagandae e haud raro occasionem praebuisse.

uae sententia autem probatur:

cum propagatione hujus morbi geographica (a loco ad loca, a terris ad terras);

tum propagatione ejus in singulis locis (ab individuo ad individua).

opagationi hujus morbi geographicae prae ce- ota inveniebantur haec:

1) Navigatio.

n. maritima. Omnium scriptorum Moreau nès *) plurima sane collegit exempla, quibus

*) c. pag. 130. etc.

argumentari liceat, choleram navigatione mariti ex uno loco in alterum, haud raro in remotissi loca translatam esse.

Sic in insulam Javam et Sumatram transl est cholera navibus a Malacca vel Siam advectis. *)

In oppidis sinum Persicum adjacentibus prim originis fomitem cepit cholera, adventis navibus infecto Bombay. **)

Imo in insulam remotissimam St. Mauritii (I de France) hic morbus translatus esse dicitur, n quadam ab insula Ceylon ***), secundum aliorum sententiam autem ab urbe Calcutta ****) profe quamquam alii contra contendunt, jam ante adventum hujus navis choleram ibi observatam esse. †)

Haudquaquam tamen negari potest, choleram ab insula St. Mauritii in insulam vicinam Bourb (Reunion), quorundam servorum adventu, qui illam insulam furtim reliquissent, translatam esse. ††)

Non est dubium, quin naves choleram ab ins Java in insulam Celebes et in omnes insulas Philippinas, et inde in ipsas Moluccas transtulerint. †††)

---

*) Harless l. c. pag. 48.

**) Rehmann in Hufelands Journal 1824. Jun. pag. 5. Hasper l. c. pag. 8.

***) Harless l. c. pag. 47.

****) Moreau de Jonnès l. c. pag. 246.

†) Kinnis, in Edinburgh med. and. surg. Journal Bd. 17. p. 25

††) Harless l. c. p. 48.

†††) Kleinerts Repert. No. 2. pag. 6.

ıdem originis causam cholerae exstitisse in
ia Moscovitica Astracano quidam tradide-
)

n. fluviatilis. Quam eximiam et fre-
n occasionem navigatio fluviatilis cholerae pro-
ae praebuerit, ex his praesertim elucet, quod
es quidam aquam hujus phaenomeni causam
ere **), non hominum multorum coetus fre-
.. Tamen memoratu dignum videtur, quod
illorum fluminum ripis, quae ad navigandum
ta inveniuntur, haud raro pepercerit. ***)
Moscovia choleram prae ceteris fluminum ri-
astasse ubique invenimus †); praeterquam et
alia exempla exhibentur. ††)

Viae terrestres mercaturae addictae.

in India cholera praesertim illa loca infestabat,
cum locis, quae illo morbo occupata erant,

Iarless l. c. pag. 56.

eiträge zur Poleoprophylaxis gegen die gangetische Pest
tc. Braunschweig. 1831.

liecke, Mittheilungen über d. morgenländische Brechruhr.
tuttgart. 1831. Bd. II. p. 57.

ichtenstaedt II. pag. 140. Radius Mittheilungen No. 4.
ag. 30.

Iarless l. c. pag. 90.

frequens fuisset communicatio. *) Eadem via Persiam venit cholera, et primum quidem in majora ejus oppida, quae cum India et Arabia in negotiis mercatoriis versantur **); exinde duplicem viam est ingressa, alteram magis septentrionalem in mediam Persiam, alteram occidentalem in oppidum Bassora juxta sinum Persicum, et exinde per vias mercatorias in Syriam usque ad litus maris mediterranei.

Et in Chinam viis mercatoriis choleram pervenisse, ibique propagatam esse constat. ***)

Eadem ratione in Moscovia vias frequentia negotiorum insignes ubique secuta est cholera †); nec mirum videbitur majora oppida uberrimos fontes cholerae divulgandae exhibuisse, quum prae ceteris frequenti hominum communicationi faveant.

3) Exercituum itinera.

Choleram ubique in exercitibus acerrime saevisse, et illos propagationi hujus morbi prae ceteris fomites praebuisse, plurimis argumentis demonstratur, cum in India, tum in Persia et Polonia. Omnino milites propter magna belli onera et incommoda prae-

---

*) Ibid. pag. 45. etc.

**) Ibid. pag. 54. etc.

***) Ibid. pag. 58.

†) Ibid. pag. 67. etc.

ıd morbos epidemicos procliviores inveniun-
ilominus tamen infitiari potest, easdem con-
contagiorum origini et propagationi praeci-
ılgere.

in India *) in exercitibus Anglorum chole-
ime saevit, iisdemque divulgata est. Eadem
a observata. **)

in Polonia exercituum itinera ad choleram
ndam praecipue juvarunt ***); adveniente ex-
ı quibusdam locis et cholera originem et ma-
ementa cepit, iterumque desiit illo deducto. †)
ıdquaquam tamen exercituum itineribus cau-
ıcam propagationis cholerae in Polonia tri-
ossumus. ††)

eregrinatores et advenae locis cholera occupatis.

eau de Jonnès narrat, Indorum festos solen-
evolvendam et propagandam choleram in In-

---

l. pag. 45, 52.
d. pag. 55, 57.
nedy, in Simon die ind. Brechruhr, pag. 241.
bel, Aphorismen über die Brechruhr. Liegnitz. 1831.
. 42.
le, Beobachtungen über die asiat. Ch. Leipzig. 1831.
. 6.
ner, l. c. p. 44, 48.
st, d. asiat. Ch. im Königreiche Polen. Breslau. 1831.
. 21.

dia prae ceteris aptos inventos esse, quum illis fin
homines qui adfuissent hunc morbum ubique sec
transtulerint. *)

Item et peregrinatores, qui sacrorum causa Me-
cam et Medinam venerunt, ibique ingenti str
cholera morbo affligebantur, eundem undique in
loca transtulerunt. **) Nec desunt exempla, q
demonstrant, choleram singulorum hominum adven
qui, cum locis cholera occupatis aliqua communi-
tione uterentur, in alia loca translatam esse. ***)

Imo plura exempla exhibentur, ubi per homi-
nes, licet illos ipsos cholera non corripuerit, hic mo-
bus propagatus esse dicitur. †)

Cum equidem ad sententiam istam, contagi
cholerae Asiaticae in sanguine sanorum progigni
inde propagari, minime accesserim, auctore peri-
simo Jaehnichen ††) potius existimarem, sanos ho-

---

*) Moreau de Jonnès l. c. p. 145.

**) Kleinert l. c. p. 236.

***) Hufelands Journal 1830. August. p. 95.
Marx, die Erkenntniss, Verhütung und Heilung der asiat.
Ch. Baden. 1831. p. 257.
Kleinert p. 51. 52.
Tilesius, neueste ableitende Behandlungsart d. krampfart.
Ch. Asiatica. Leipzig. 1831. p. 42.

†) Lichtenstaedt. II. 113.
Gerson u. Julius Magazin. Bd. 21. p. 211.
Allgemeine Zeitung 1831. No. 254.

††) In Hecker's Annalen 1831. April. p. 391.

simili ratione ut vestimenta contagio contami-
holeram disseminasse, non nisi permulta alia
a ab ipsa experientia sumta docerent, vesti-
raro tantum propagandae cholerae a locis ad
specta inventa esse *), et quae exhibeantur
n dubia adhuc inveniri. **)

ae autem ex propagatione cholerae in singu-
(ab individuo ad individua) in majorem con-
ictoritatem afferri possunt argumenta, nunc
e aggredimur.

perientia quidem docet choleram multis ho-
, quibus cum aegrotis illo morbo afflictis in-
uisset contactus, haud raro pepercisse***), cum
unoquoque individuo talis inveniatur prae-
o, qualis ad morbum huncce efficiendum re-
; neque minus infitiari potest, omnes, qui in
emque loco versabantur, iisdem constitutionis
cae potentiis nocivis obnoxios fuisse: tamen
illa exempla, ubi nec ullam aliam causam

---

inerts Repert. Nò: 20. pag. 317.
htenstaedt. II. 114.
inert l. c. No. 5. p. 86.
eslauer Cholerazeitung No. 7. p. 55.
ner l. c. p. 9.
st l. c. p. 22.
htenstaedt II. p. 107 – 108.
lius l. c. No. 34. p. 149.
inert l. c. No. 27. p. 427.

occasionalem oriundae cholerae comprehendere licuerit, non nisi contactum cum aegrotis, hujus morbi contagium pulchre evincunt. *) Quam sententiam autem hisce argumentis muniri arbitramur:

1) *quod medici et omnes negotio aegrotis ministrandi fungentes prae ceteris hoc morbo affligebantur.*

Annesley quidem narrat, in India perpaucos tantum medicos cholera mortuos esse**); tamen in provincia Moscovitica Astracano ***) duo medici, Tifli ****) autem primo adventu cholerae novem medicorum quatuor obiere; in oppido Saratow †) omnes quatuor medici periere. Moscuae in quibusdam nosocomiis pauci tantum, in aliis tamen major numerus aegrotis ministrandi munere fungentium afflictus est. ††)

Odessae †††) medicorum cholerae afflictorum numerus major erat; duodecim hominum aegrotis ministrandi munere fungentium omnes correpti sunt

*) Breslauer Aerzte p. 93.
Breslauer Cholerazeitung No. 7. p. 54.

**) Gerson u. Julius. Bd. 9. p. 293.

***) Riecke l. c. II. p. 60.

****) Ibid. I. p. 112.

†) Lichtenstaedt I. 208.

††) v. Loders Sendschreiben p. 9.

†††) Edler v. Meyer, einige neue Beobachtungen etc. Wien 1831. pag. 23.

a, duo ipsorum autem in hunc morbum reci-
.

oppido Brody et Leobergae eadem observata
*)

Borussia et ducatu Posnaniensi quatuordecim
mortui sunt. **)

erolini medicorum septem, aegrotis ministran-
quadraginta septem afflicti sunt. ***)

ratislaviae illorum, qui in nosocomiis munere
antur, viginti sex cholera correpti sunt, quo-
utem duodeviginti morti eripere contigit †);
e ipsa illorum, qui negotio aegrotis ministrandi
antur haud parva cohors afflicta est, medico-
uinque tantum correpti, quorum unus obiit. ††)

quod cholera in quibusdam nosocomiis gravissimam cladem edidit, simul ac primum aegroti cholera laborantes recepti erant.

nosocomio militari Beuthenae, duobus militi-
olera laborantibus receptis, die secundo medi-
ui illos curaverat, cholera correptus obiit; brevi
ere omnes afflicti sunt, quibus cum ullo isto-
egrotorum aliquis fuisset contactus: chirurgus,

---

hnitzer, die Ch. contagiosa etc. Breslau. 1831. p. 96.
ust, Einiges über die Ch. Berlin. 1832. p. 82.
erliner Cholerazeitung No. 36. p. 298.
reslauer Aerzte p. 87.
oeppert, in Radius Mittheilungen No. 75. p. 43.

qui sectionem cadaveris cholera defuncti instituerat, famulus, qui in secando cadavere adjuvarat, nec non famulus et ancilla, qui in hoc ipso nosocomio versabantur. *)

Eadem fuit clades, qua cholera Vratislaviae in nosocomio omnium sanctorum illas feminas afflixit, quae cum prima aegroto in uno eodemque cubiculo versabantur: quatuor illarum sunt mortuae, et ipsa ancilla, quae haud dubie cholera defunctae lintea lavasse suspecta habebatur. **)

Praeterquam et multa alia exempla scriptores exhibent. ***)

3) *quod cholera in singulis aedibus et familiis fere semper plures homines corripiebat.*

Haud dissimulandum est easdem conditiones locales, eandem vivendi rationem, in singulis aedibus ad evolvendam choleram attulisse, tamen, quum cholera in quibusdam aedibus, licet optimum habuerint situm, et in singulis aegrotis nulla alia causa occasionalis non nisi contactus comprehenderetur, acerrime saevierit, sententia probatur, contagium illius cladis causam accusandam esse. †)

---

*) Henschel, in Bresl. Cholerazeitung No. 3. p. 18.

**) Ebers, ibid. No. 4. p. 26.

***) Marx l. c. p. 247.
Radius l. c. No. 41. p. 271.

†) Rust l. c. p. 20. Schnitzer l. c. p. 100. Marx l. c. p. 241. Uffer l. c. p. 5.

aud raro singularum aedium incolas certo quo-
rdine corripiebat cholera, saepe illos tantum,
ullum cum aegrotis commercium fuisset. *)
ratislaviae in quibusdam singulis aedibus in-
antur tres ad novemdecim aegroti **); in octo-
ingulis aedibus, quum primum cholera ibi ce-
ifomitem, hebdomade vix praeterlapsa, jam
egroti in iisdem deprehendebantur, ita quidem,
viginti aedibus per tres septimanas, in quin-
dibus per quatuor, in tribus aedibus autem
nque septimanas saeviret cholera, priusquam
geretur. ***)
uaerentibus num haec, quibus aegrotorum et
n communicationem prohibere studebant ho-
eademque et propagationem cholerae Asiati-
ercere valerent, non desunt omnino exempla,
onfirmant, choleram illis regionibus et locis,
cludendo hunc morbum defendere conaren-
ad raro pepercisse †); quum autem ipsa ex-

) rliner Cholerazeitung No. 5. p. 39.
id. No. 30. p. 241.
eslauer Cholerazeitung No. 7. p. 55.
) eslauer Aerzte p. 88.
) eppert l. c. No. 75. p. 45.
) de Jonnès l. c. p. 272.
rx l. c. p. 267.
Loder l. c. p. 5.
inert l. c. p. 228.
htenstaedt I. 208.

perientia doceat, plurimas terras *) et loca, imo aedes et singula individua, quamquam secluderentur, nihilominus cholera correpta esse **), et alioquin quorundam locorum incolas, quibus haud infrequens cum locis cholera occupatis fuisset communicatio, incolumes relictos esse ***): exempla ista bonum effectum seclusionis praebentia ad evincendum cholerae contagium adhiberi non possunt, neque tamen ex eventu seclusionis infelici quispiam concludere queat, choleram ubique nullum contagium evolvisse. E contrario sententia nostra hisce argumentis firmatur:

1) *quod in locis seclusis cholera saepe saepiusque illos homines corripiebat, qui cum locis cholera occupatis in negotiis versabantur, vel tamen ullius communicationis suspecti deprehendebantur* †);

2) *quod illorum hominum, qui propter communicationem propinquiorem cum aegrotis cholerae suspecti seorsum degere cogebantur, haud parva copia hoc morbo affligebatur* ††);

*) Buek l. c. p. 54-57.

**) Vid. h. libelli pag. 21, *) **).

***) Lorinser l. c. p. 420.
Radius l. c. No. 15. p. 120.

†) Harless l. c. p. 48.
Kleinert l. c. p. 51. 52. No. 9. p. 136.
Gerson u. Julius Bd. 21. p. 211; et alia plurima exem-

††) Bresl. Aerzte p. 86.

quod seclusio singulorum aegrotorum, mundities et cura, ne plurimi homines in parvis humidis ac sordidis cubiculis versarentur, ubique ad coërcendam choleram aptae inveniebantur. *)

ec mirum inde videbitur, quod et illi loci haud ıcolumes reddebantur, qui cum locis cholera .tis, quorum aegroti autem secludebantur, fre- communicatione utebantur. **)

.bid. p. 94.
.lust l. c. p. 12. 17.
'reuss. Staatszeitung No. 235. vom 21sten Aug. 1831.
.Bresl. Aerzte p. 89.

VITA.

Ego, Rudolphus Julius Rohnstock, lucem adspexi die IVto m. Octobris, a. s. MDCCCIX, Juliusburgi, inferioris Silesiae oppidulo, haud procul ab Olsna sito, parentibus carissimis, patre Joanne Conradio pellione, matreque Christiana, e gente Poetschiana, quos adhuc superstites veneror. Prima litterarum rudimenta accepi in schola patria Juliusburgensi, deinde per tres annos Viri S. Venerandi Ferd. Jaesche, Sacrorum Ministri et Verbi divini in ecclesia Juliusburgensi interpretis, nec non Senioris dioeceseos Olsnensis, institutionibus interfui, cujus plurima de me merita grata ac pia semper tenebo memoria. Doctissimi hujus Viri opera in artibus ingenuis ita eruditus sum, ut puer annum aetatis decimum quartum nondum egressus, anno h. saeculi vicesimo tertio, in Gymnasio Maria-Magdalenaeo, quod Vratislaviae adhuc floret, a Celeberrimo Mansone t. t. rectore, discipulis secundi Ordinis adscribe-

ursu scholastico absoluto anno MDCCCXXVII ituli in Lyceum medico-chirurgicum, quod aviae adhuc viget et floret. Quod dum frequam, per duos annos hisce disciplinis intergrate confiteor:

ellentissimus Schummel chemiam, physicen et botanicen;

strissimus Lichtenstaedt institutiones medicas, materiam medicam, artem formulas medicas concinnandi, chirurgiam forensem et castrensem mihi tradiderunt.

strissimum Ottonem anatomen corporis humani universam, osteologiam et syndesmologiam, physiologiam et anatomen pathologicam docentem, de methodo sectiones forenses rite instituendi disserentem, nec non foetus historiam enarrantem audivi; eundemque ducem habui optimum in exercitationibus anatomico-practicis.

strissimus Seerig doctrinam de fracturis ossium et luxationibus, de instrumentis chirurgorum, artem fascias chirurgicas rite applicandi, ophthalmiatricen, chirurgiam generalem et specialem mihi exposuit.

strissimus Barkow osteologiam, syndesmologiam et angiologiam me docuit, ejusque correpetitionibus de anatome corporis humani universa, de fasciis et instrumentis chirurgorum, de pathologia et therapia morborum

chirurgicorum magno cum fructu interesse mihi contigit.

Experientissimi Wentzke correpetitiones de pathologia et materia medica, et lectiones de morborum acutorum et chronicorum therapia speciali frequentavi; idemque in cognoscendis et curandis hominum morbis apud aegrotorum lectulos dux benignissimus facem mihi praetulit.

Experientissimus Hayn de therapia morborum acutorum et chronicorum speciali, de toxicologia et ope asphycticis ferenda correpetitiones mecum instituit.

Illustrissimum Betschler de arte obstetricia, cum theoretica tum practica et de operationibus chirurgicis disserentem audivi; eundemque in Clinico et Policlinico obstetricio, et in demonstrationibus operationum chirurgicarum in cadaveribus ducem benignissimum habuisse laetor.

Illustrissimo Hancke institutiones chirurgico-clinicas debeo, quibus ille apud aegrotorum lectulos et docendo et demonstrando me erudivit.

Anno MDCCCXXIX, cum dilectissimorum meorum praeceptorum favore et benevolentia bis primum per biennium accepissem praemium, Lyceum medico-chirurgicum non sine fructu et maxima in Virum Illustrissimum Wendt, Directorem

ravissimum, gratitudine et reverentia affectus et testimonio maturitatis instructus litterarum sitatem almam Viadrinam Vratislaviensem adii. l. Steffens, t. t. Rectore Magnifico, iae civibus adscriptum, Ill. Treviranus, h. canus maxime spectabilis, in numerum orum artis salutaris me recepit. Hac in alma um sede per triennium hisce lectionibus in-

strissimi Wachler: de vita academica bene instituenda, de historia litteraturae Germanorum recentioris;

strissimi Gravenhorst: de zoologia et entozoologia.

strissimus Steffens physicen experimentis illustratam, mineralogiam et anthropologiam;

Glocker oryctognosin universam;

Branis logicen;

Rohowsky psychologiam;

Fischer chemiam theoreticam et practicam;

st. Nees ab Esenbeck botanicen me docuerunt.

Henschel plantas officinales mihi demonstravit.

Goeppert excursiones botanicas mecum instituit.

Lichtenstaedt Celsi Libros de medicina mihi interpretatus est.

Exp. Seidel medicamina regni organici et anorganici, et pharmacologiam;

Ill. Purkinje physiologiam corporis humani universam experimentis illustratam;

Ill. Otto anatomen comparatam;

Ill. Klose encyclopaediam medicam et medicinam forensem mihi explicuerunt.

Ill. Benedict ophthalmiatricen et chirurgiam specialem mihi evolvit et operationes chirurgicas in cadaveribus demonstravit, nec non in Clinico chirurgico per biennium dux et praeceptor benignissimus mihi exstitit.

Illustrissimum Wendt de therapia morborum acutorum et chronicorum, de syphilide, de morbis infantum, de ope asphycticis ferenda, et de cholera Asiatica disserentem mihique benevolentissimum praeceptorem habuisse laetor.

Illustrissimum Remer therapiam morborum apyreticorum generalem et specialem docentem me audivisse glorior. In Clinico medico Virum hunc Illustrissimum ducem optimum et gravissimum me habuisse, pia grataque mente semper memor ero.

Experientissimum Remer j. in exercitationibus clinico-practicis ducem benevolum veneror.

Quibus omnibus Viris Illustrissimis, Celeberrimis, Experientissimis, praeceptoribus meis summas

d mortem usque venerandis, nunc, quum o sim, ut, superatis examinibus praescriptis, medicinae et chirurgiae honores in me con-, maximas, quas possum, gratias palam ago rimis de me meritis, quorum memoriam ex animo nulla dies delebit.